libuit memorare · quod et legentibus
gratū fieret et caritatem roboraret · Igi
tur ſepe a dn̄o commoneretur ut diximus
beatus thomas ut partes citerioris indie
viſitaret · et ille quaſi ionas a facie dn̄i
fugiens · ire differret nec impleret ·
que ſibi diuinitus precipiebatur · Apparuit autem
ei dn̄s in viſu noctis dicens · Ne timeas
thomas deſcendere in indiam ego enim
vado tecū · et nō te derelinquam · ſed
glorificabo te ibi implebiſque certamē
bonū confeſſus me corā oībus hoībus
terre illius et exinde aſſumā te cum
gloria et ſtatuā te cū fratribus tuis in regno
meo · nā ſcio quia oportet te ibi mul
ta pati propter me · ut cognoſcant oēs
te docente quia ego ſum dn̄s · Hec
cū audiſſet beatus apoſtolus dixit · Queſo
dn̄e ut dirigas illuc ſeruū tuū · Re
gio enim illa longinqua et grauis eſt
in mole quia loci illius iniqui et ignorantes
ſūt veritatē · Erat enim iheroſolimis
hiis diebus quidam negociator abban
noīe ut artificio ſtructure ſeruum
inquireret ad comparandū · Huic per diem
dn̄s in ſpecie humana apparens ait ·
Quid hic tu o homo de tanto terre ſpatio
aduenisti · Et ille A dn̄o inquit meo
rege indie miſſus ſū requirens artificē
ſtructorē qui ei palacia poſſit edi
ficare · Cui dn̄s ait Eſt mihi ſeruus talis ·
quē ſi volueris comparabis · Et ſtatim
eduxit negociatorē ad hoſpitiū thome
apoſtoli et oſtendens eū ei ait · Hic ē ſeruus
meus artifex ille de quo locutus ſum ·
nunc autem preciū eius ipſi trade · et accipiens
duc eū quo volueris · Quod cū negoci
ator feciſſet apprehenſū ſanctum thomam
deduxit ad nauē ſuā · et aſcendentes
menſe tercio in indiā citeriorē euecti
ſūt · obſtupuitque negociator cauſam
velocitatis eo quod iter illud quod ſemper
in triū annorū ſpacio expediebatur · nunc
in tribus menſibus eſt impletū · Exeuntes
autem de naui ingreſſi ſūt primā indie
ciuitatē · et audiebant ſonos muſicos
et vrbē totā leticia magna plaudere ·
interrogantesque vnū de populo quid hoc
eēt · dictū ē eis · Rex inquit unicam
filiā hodie copulat matrimonio · co
gaudiū eſt ciuitati · et te ut credo dii
exhibuerunt ut hiis epulis interſſes ·

Hec illis colloquentibus ſubito totā ciuita
tem vox preconia replet dicens · Audite
habitatores vrbis oēs diuites medio
cresque uel pauperes accedite ad palacium
regis et epulamini · gaudete et eſtote
iocundi · Si quis vero ſe ab hac leticia ſubtra
xerit · reū ſe nouerit maieſtatis · Hec
cū audiſſet negociator ille ait thome
apoſtolo · eamus et nos ne culpabiles inue
niamur corā rege · Tunc ingreſſi palaciū
iuſſi ſūt diſcumbere thoro · thomas autem
apoſtolus diſcubuit in medio · Intendentibus
oībus in eū et ſcientibus quod peregrinus eſſet ·
aderat enim hiis nupciis puella ex hebr
reis continens calamis · Que cū audi
ſſet beatum thomā orantē et benedicentē
deū intellexit de ſua eſſe regione · et
intendebat in eū iugiter nec deſiſtebat
ab admiracione vultus eius · Sed et ille in
telligens hebreā eē mulierē libentiſſime
aſpiciebat ad eā · Hec videns pincerna
conuiuii zelo ductus dedit alapā ſancto apoſtolo
dicens · ut quid tu ſic intendis in mulierē ·
At ille in celū eleuatis manibus ait ·
Indulgeat tibi dn̄s in futuro iudicio fili
in hoc vero ſeculo pungens repreſentet dextere
illi que me verberauit iniuſte · Erat autem
iā imminens nox · epulantibus autem illis
ſubito defecit aqua miniſteriis nupcia
libus · Euntibus autem multis ad hauriendū
et tardantibus · ipſe quoque pincerna currit ·
et accedente eo ad fontē affuit leo mag
nus qui apprehenſū puerū confregit · et
in fruſta decerpſit · Cuius dexterā app
rehenſam canis qui aderat detulit ad do
mū · et portabat pro conuiuia epulanciū ·
Requirentibus autem illis quis deeſſet ex fa
mulis · cognoſcunt pincernā interemp
tam eſſe ad fontē · quē cū leo deuoraret ·
huius dexterā a cane fuiſſe correptam
conuiuioque delatam · Hec audiens puella
hebrea confractis calamis procidit ad pedes
apoſtoli clamans voce magna et dicens · Vere
hic eſt ſeruus dei viui qui oīa que locutus
eſt velociter ſūt impleta · Cū autē hec
audiſſet rex proſtratus eſt et ipſe ante ped
es eius dicens · Rogo vir dei ut depreceris
deū tuū pro unica filia mea quā hodie
viro tradidi · ac peto ut eas illuc atque be
nedicas puerū ſcilicet et puellā · Illo vero
nolente rex vi compulit apoſtolum ad thala
mū uſque procedere · Tunc beatus apoſtolus

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%2069r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%2069r)